Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et in loco eius quem conteruauit. sub
iuit q̄ spectum eius & conflesit simu
lacrum turpissimū & combussit in tor
rente cedron. cetera aūt nō abstulit.
Veruntamē cor osa p̄fectum erat cum
domino deo suo cunctis diebus suis. &
intulit ea que sanctificauerat pater su
us & vouerat in domum domini. au
rum & argentum & vasa. bellum erat
inter osa & baasa regem isr̄l cunctis
diebus eorum. Ascendit quoq; baasa
rex isr̄l in iudam & edificauit rama
ut nō posset quispiam egredi uel ing̃
di de parte osa regis iude. tollens itaq;
osa omne argentum & aurum quod re
manserat in thesauris domus domini
regie dedit illud in manus seruorū suo
rum & misit ad benadab filium tabre
mon filii ezion regem syrie qui habitā
bat damasci. dicens. fedus est inter me
& te & inter patrem meum & patrem tuum
ecce misi tibi munera. argentum & aur
et pro ut nec mas & irritum facias fe
dus quod ipse cum baasa rege isr̄l est
cedat a me. Requiescens benadab regi
osa misit principes exercitus sui ciui
tates isr̄l & percusserunt ahion & dan
& abel domum maacha & vniuersā
de neroth. omnem terram neptalim
quod cum audisset baasa iniit. misit
edificare rama & requieuit in thersa.
rex aūt osa misit nūcium in omnem
iudam dicens. nemo sit excusatus. et
tulerunt lapides de rama & ligna eius
quibus edificauerat baasa. & extruxit
de eisdem rex osa. gabaa. beniamī. et
maspha. reliqua aūt omnis sermo
osa & vniuersa fortitudines eius & cun
cta que fecit & ciuitates quas extruxit
non ne hec scripta sunt in libro uerbo
rum dierum regum iude. Verumtamen
in tempore senectutis sue doluit pedes
et defecerunt cum patribus suis & sepe
litus est cum eis in ciuitate dauid patris
sui. Regnauit aūt iosaphat filius eius
pro eo. anno aūt iehoboam filius nabat regis
israel. anno secundo osa regis iude
regnauit aūt super isr̄l. duobus annis &
fecit quod malum est in conspectu dñi
et ambulauit in uiis patris sui & in
itineribus eius quibus peccare fecit isr̄l. Ini
quitatus est aūt ei baasa filius ahia de
domo ysachar. & percussit eum in gebetho
que est urbs philistinorum. siquidem
nadab & omnis isr̄l obsidebant gebe
thon. Interfecit igitur illum baasa in
anno tercio osa regis iude & regnauit pro
eo. Cumq; regnasset percussit omnem
domum ieroboam. nō dimisit ne unā
animam quidem animam de semine
eius donec deleret eum iuxta uerbum
domini quod locutus fuerat in manu
serui sui ahie silonitis. p̄ cūcta ierobo
am que peccauerat & quibus peccare fe
cit isr̄l. et p̄ delictum quo irritauerat
dñm deum isr̄l. reliqua aūt sermonū
nadab & omnia que fecit nonne hec scri
pta sunt in libro uerborum dierum regū
isr̄l. fuit q̄ bellum inter osa & baasa
regem isr̄l cunctis diebus eorum.
In anno tercio regis iude regnauit ba
asa filius ahia super omnem isr̄l in thersa.
xxiiii. annis & fecit malum coram
domino. ambulauit q̄ in uiis ieroboā
& in peccatis eius quibus peccare fecit isr̄l.

Factus est sermo domini ad hieu fi
lium anani contra baasa di
cens. pro eo quod exaltauit te de pul
uere & posui ducem super isr̄l. plum